

Lichenes Exotici.

III.

Auctore Dr. J. Müller.

102. **Ephebe Uleana** Müll. Arg.; similis *E. pubescenti* Fr., sed longe validior, intricatim adscendens, dichotome et hinc inde fasciculatim ramosa, nigro-fusca, in ramillis ultimis acutis et madefactis prasina; podetia 4—7 mm longa, inferne $2\frac{2}{100}$ mm crassa, superne tenuiora, $1\frac{0}{100}$ mm crassa, teretia, laevia, gonimiis tetradicis in series densas transversales copiose dispositis erga lucem inspecta quasi coerulescenti — v. prasino — annulata; spermogonia terminali-pyriformia, ramis crassiora, aut more apotheciorum juniorum nodositates podetiorum formantia; apothecia evoluta e nodositatibus plane emersa, lateralialia, adnata, truncato-hemisphaerica, basi $\frac{1}{2}$ mm lata, apice truncato-obtusa, latiora quam alta, cum podetiis concolora, dorso omnino thallina, sed lineae transversales gonimiorum haud regulares; margo discum planum pallidius fuscum leviter superans; paraphyses capillares, liberae, simplices aut breviter bifurcatae; asci lineares; sporae (videntur 8-nae aut forte 8—12-nae, sed rite evolutae in specim. meo desunt), ellipsoideae, jun. 10 mm longae. — Rigiditate et crassitie podetiorum et apotheciis emersis valde distincta. Ab *Ephebeia brasiliensi* Wn. Et. I. p. 245 jam gonimiis omnino aliis et habitu multo robustiore differt. — Ad saxa quartzosa catarrhactae cujusdam in Serra da Carassa: n. 297.

103. **Cladonia Boryi** Tuck. v. **albida** Müll. Arg.; valde robusta, 10—12 cm alta; podetia 5—7 mm lata, inferne longo tractu nigricantia, superne alba, undique valida. — Saxicola in Serra Carrassa: Ule n. 293.

104. **Siphula Carassana** Müll. Arg.; omnia ut in capensi *S. tabulari* Nyl., sed multo graciliora; laciniae caespitose crescentes, teretes v. obtuse angulosae, haud compressae, superficie laeves et leviter scrobiculoso-inaequales, apice rotundato obtusae v. obtuse truncatae, undique albae. Gonidia globosa, 9—11 μ crassa. Apothecia ignota. — Ad saxa madida in Serra Caraça: Ule n. 294.

105. **Stictina tomentosa** v. **ornata**; *Sticta quercizans* v. *ornata* Müll. Arg. Lich. Nov. Gran. n. 32, ex iterato examine ad *S. tomentosam* Nyl. referenda est, sed status est ciliis apotheciorum

obsoletis. — Laciniae thalli latiusculae (fere ut in var. dilatata Nyl.), sparsim apotheciigeræ et in margine (non corallino-aspero) crebre fasciculatim ciliigeræ. — Casapamba in Nova Granata: André n. 3084.

106. **Anaptychia ciliaris** Körb. v. **peruviana** Müll. Arg.; thallus albido-cinereus, supra glaber; laciniae primariae 3—4 cm longae, 4—8 mm latae, planiusculae; cilia tantum $1\frac{1}{2}$ —2 mm longa, simplicia v. saepius superne bi-plurifida ibidemque nigrescentia, caeterum cum thallo concolora, undique glabra; margo integer v. breviter et acute thallino-lobulatus; discus nigro-fuscus, haud pruinosis. — Amplitudine et glabritie laciniarum distincta est. Apotheciorum forma et situs et sporae caeterum cum specie conveniunt. — In Peruvia, unde olim ex hb. Hampeano habui.

107. **Pseudophyscia speciosa** v. **dactyliza**; *Physcia speciosa* v. *dactyliza* Nyl. Syn. p. 417. — Quod antea pro hac habui et in L. Usambar. p. 260 pro ea enumeravi, tantum sunt status et formae normalis v. hypoleucae, in quibus apothecia longius quam vulgo crenato-dentata sunt. In vera v. *dactyliza* laciniae thalli tantum 1 mm latae, distanter ramosae, convexulae, ex albido obfuscatae; apothecia sessilia, demum magna; margo in lobos dactyliformes 1—7 mm longos obtusos albos et arcuatim incurvos hinc inde nigro-ciliatos abiens. — Primo intuitu speciem distinctam simulat. — Saxicola in Serra Caraça: Ule n. 295, et antea in Serra dos Orgaos a Weddell lecta (indicante Nyl.). Hucusque non nisi in Brasilia observata est.

108. **Endocarpiscum omphalizum**; *Heppia omphaliza* Nyl. Lich. Guineens. p. 46; est species elegantula; squamulae gompho adnatae, valde convexae; asci apice subacuto-angustati ibique ob membranam incrassatam longius solidi; sporae 3—5 μ longae, a cl. Nyland tamen majores, 6—8 μ longae indicantur. — In californica insula San Pedro Martin: Edw. Palmer (a Dr. Eckfeldt missum).

109. **Phyllopsora melanocarpa** Müll. Arg.; thallus cervino-pallidus v. fuscidulus, imbricatim et subintricatim squamosus; squamae sub-horizontales, validiusculae, planae et subconcavae, bi-trifidae, ad margines valide pectinatim digitiformi-lacinuligeræ, digituli cylindrici, apice obtuso dealbati, adscendentes et diametro circ. $1\frac{5}{100}$ mm aequantes; apothecia nigra, convexa, immarginata, 1 mm lata et minora; epithecium nigro-fuscum; hypothecium e hyalino plus minusve obscuratum; sporae 8-nae, elongato-obovoideae, 9—11 μ longae et $3\frac{1}{2}$ —4 μ latae. — Primo intuitu pro forma dactylifera *Psorae pachyphyllae* Müll. Arg. L. B. n. 1155 habenda, sed laciniae thalli ambitu latiores, tenuiores, pallidiores et concaviusculae, nec convexae, et sporae tenuiores sunt. — Ad truncos adustos in Australiae territorio Victoria: Rev. Wilson n. 150.

110. **Thalloidima** (s. **Toninia**) **aromatizans** Müll. Arg.; thallus albus, primum granularis, granula circ. $\frac{1}{3}$ mm lata, convexa, dein in squamas planas tenues 1— $1\frac{1}{2}$ mm latas crenatas abeuntia, superficie laevia; apothecia $\frac{2}{3}$ —1 mm lata, sessilia, rufo-nigra, plana et nigro-marginata, demum hemisphaerico-convexa et immarginata, nuda, superne demum nitidula; epithecium bene distinctum, rufo-fuscum v. rufo-nigricans; hypothecium crassum, nigro-fuscum v. rufum; sporae 8-nae, 4-loculares, fusiformi-digitiformes, 22—25 μ longae, 6— $6\frac{1}{2}$ μ latae. — Ab affini Th. aromatico, s. *Toninia aromatica* Mass. statim differt colore et tenuitate thalli, at dein cum proximo Thalloidimate fusisporo s. *Toninia fusispora* Th. M. Fries Scand. p. 334 fere confluit. Ab hoc recedit apotheciis non omnino nigris, lamina superne non livido-olivacea, epithecio distincto intense rufo-fusco et sporis validioribus. — Ad saxa in Washington Territory America sept. confoed.: Dr. Eckfeldt n. 357.

111. **Placidium flavo-stramineum** Müll. Arg.; thallus intense flavo-stramineus, diametro circ. pollicaris et minor, versus peripheriam radio-so-laciniosus, centro convexo-areolatus ibidemque hinc inde in soredia nana orbicularia et tenuissime albo-granuloso-pulveracea efflorescens; laciniae periphericae circ. $\frac{2}{3}$ mm latae, dichotome ramosae, convexulae, contiguae et leviter imbricatae, arcte adpressae, superficie laeves. — Apothecia ignota. — Est species elegantula, quoad thalli formam fere cum Pl. saxicola Körb. quadrans, sed aliter colorata et laciniae minus convexae. — Ad saxa quartzosa in Australiae provincia Victoria: Wilson n. 331.

112. **Lecania** (s. **Semilecania**) **molliuscula** Müll. Arg.; thallus albus, tenuis, subtartareo-farinosus, mollis, superficie minute subrimoso-glebosus; apothecia $\frac{2}{3}$ — $\frac{4}{5}$ mm lata, sessilia, plana, mox convexa, margine albo tenui prominulo integro et demum modice undulato cincta; discus carneo-pallidus v. pallido-fuscidulus; epithecium albido-fulvescens v. albido-olivaceum; hypothecium cum lamina hyalinum; paraphyses conglutinatae; asci angustī, 8-spori; sporae 12—16 μ longae et 3—4 μ latae, fusiformes v. rarius altero v. utroque apice obtusae, 2-loculares. — Habitu ad affinem peruviensem L. xantholeucam Müll. Arg. L. Exot. n. 16 accedit, a qua recedit thallo non diffracto, molli et ambitu angusto sporarum. — Corticola in Australiae prov. Victoria: Rev. Wilson n. 1372.

113. **Pertusaria** (§. **Leioplacae**) **arenacea** Müll. Arg.; thallus vestigiali-tenuissimus, subobsoletus, albus; verrucae fructigerae 2—3 mm latae, albae, hemisphaericae, apice rotundato-obtusae v. modice depressae, ambitu sat regulares et laeves, basi haud dilatatae, pallide pauci-ostiolatae; ostiola leviter depressa; asci lineares, 8-spori; sporae 50 μ longae et 25 μ latae v. etiam minores, ellipsoideae, valde pachydermae, intus laeves. — Affinis est brasiliensi Pertu-

sariae rudi Müll. Arg. L. B. n. 736, sed differt verrucis laevibus, ostiolis pallidis et sporis multo minoribus. — Ad saxa arenacea in Australiae prov. Victoria: Wilson n. 1056.

114. **Blastenia simulans** Müll. Arg.; thallus albus, maculiformis-tenuis, continuus, pulverulentus et facile evanescens; apothecia $1\frac{1}{2}$ mm lata et minora, sessilia, plana, haud crassa, in dorso peritheci primum albida, margo caeterum ferrugineo-fuscus, prominens et integer; discus primum glauco-pruinosis, mox nudus, fuscus et dein brunneus, semper planus; epithecium fusciculatum, reliqua interiora totius laminae hyalina; sporae in ascis biseriatim 8-nae, late ellipsoideae, utrinque obtusae, $30-33\ \mu$ longae et $16-18\ \mu$ latae.

A simili B. endochromoides (Nyl.) Müll. Arg. Lich. Wils. n. 112 differt thallo albiore, evanescente, apotheciis paullo minoribus et pallidioribus et praesertim defectu strati hypothecialis sub lamina, quod in comparata specie insigniter ochraceo-fuscum v. nigricans et satis latum, media altitudine flavido-interruptum. — Ad corticem ramorum fruticis ex ordine Leguminosarum, in Serra Geral prov. Stae. Catharinae: Ule n. 262.

115. **Lecidea** (s. **Lecidella**) **scorigena** Müll. Arg.; thallus obscure olivaceo-virens, mox nigrescenti-olivaceus, tenuis, crebre subfurfuraceo-granularis; apothecia circ. $\frac{2}{3}$ mm lata, nigra, opaca et nuda, plana, cito convexa v. fere hemisphaerica et varie gibbosa, semper immarginata, intus subobscura; perithecium et epithecium in sectione caeruleo-v. aeruginoso-nigricantia v. demum subolivacea; hypothecium obscurato-hyalinum; paraphyses conglutinatae; asci anguste obovoidei, 8-spori, sporae $8-13\ \mu$ longae, $3-3\frac{1}{2}\ \mu$ latae, lineari-ellipsoideae, utrinque rotundato-obtusae, fabaceo-arcuatae. — Prope L. trachyticam Müll. Arg. et L. sabuletorum Fr. et L. anomocarpam Müll. Arg. locanda, sporis elongatis fabaceo arcuatis quidem insignita sed habitu inamoena est — Ad lavam antiquam in Australiae territorio Victoria: Rev. Wilson n. 1435.

116. **Patellaria** (s. **Bilimbia**) **Tijucana** Müll. Arg.; thallus flavescenti-albus, minutissime disperso-granularis, granula $\frac{1}{10}$ mm lata, vulgo discreta, depresso-hemisphaerica et subregularia; apothecia $\frac{1}{3}-\frac{2}{3}$ mm lata, juniora alba, mox dein superne obscure livida, demum undique opaco-nigrata, ab origine immarginata, mox convexa et demum varie gibboso-v. tuberculato-symphycarpica, intus obscura; epithecium in apotheciis nigratis virenti-nigrum; lamina superne aeruginoso-virens; hypothecium hyalinum; asci 8-spori; sporae $18-22\ \mu$ longae et $3\frac{1}{2}-4\ \mu$ latae, fusiformi-digitiformes, 4-loculares. — Proxima est P. nigratae Müll. Arg. L. B. n. 1432 (ubi sporae tamen minores et thallus alius) et praesertim P. Magellanicae Müll. Arg. L. Exot. n. 74, cujus apothecia jam ab origine nigra et cujus thallus etiam

alius. — Supra caepites *Campylopodis* in saxosis montium Tijuca: Ule n. 301.

117. **Phlyctidium phyllogenum** Müll. Arg. L. B. n. 1319 ob structuram phyllactidiale gonidiorum a *Phlyctella* Krphl., generice separandum est et genus *Phlyctidium* juxta *Gyalectam* et *Socoligam* locandum est. Quod primum sub *Phlyctidio* habui idem erat ac *Phlyctella* Krphl. et dein prioritatis causa recusare debui.

118. **Thelotrema Secoligella** Müll. Arg.; thallus albidus, tenuissimus, laevigatus; apothecia $\frac{1}{3}$ mm lata, subnano-hemisphaerica, regularia, laevigata, centro leviter depressa et in lobulos 3—6 astroideo-subdehiscentia; perithecium undique hyalinum et sat tenue, extus thallino-corticatum; hypothecium hyalinum; lamina cum epithecio hyalina; paraphyses simplices, conglutinatae; asci clavato-obovoidei, 8-spori; sporae irregulariter 2-seriales, fusiformi-ellipsoideae, circ. 50μ longae et 18μ latae, parenchymaticae; locelli in series transversales 10—14 dispositi, in quaque serie axili 3—4—Apothecia prima fronte verrucas exiguas *Pertusariae* simulant et ob dehiscentiam astroideam illa *Secoligarum* fere referunt. Gonidia quidem haud vidi, sed species, etiam si singularis, bene ad *Thelotrema* pertinere videtur et prope subsimile *Th. myriocarpum* Fée inserendum est. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 722.

119. **Allarthonia carneorufa**; **Arthonia carneorufa** Willey Syn. Arthon. p. 1 n. 1, ex speciminulo a cl. auct. benevole misso offert gonidi aglobosa et dein, invitantibus apotheciis, etiamsi lacte coloratis, ad *Allarthoniam* referenda est. Paraphyses valde tenellae, intricatim connexae. — Supra ligna emortua, Washington Territory, Amer. sept.

120. **Arthonia subgracilis** Müll. Arg. (in Lich. Neo-Caledon. n. 96 ad *A. gracilem* Eschw., quae simillima, sed magis tenella, relata); thallus cinereo-albus, tenuissimus, laevigatus; apothecia conferta, linearia, circ. $\frac{1}{2}$ mm longa, $\frac{20-27}{100}$ mm lata, simplicia et rarius breviter uniramea, varie arcuata et serpentino-curvata, subintricata, nuda, nigrescenti-fusca; sporae 8-nae, circ. $14-17 \mu$ longae $4-5\frac{1}{2} \mu$ latae, cylindrico-obovoideae, 4-loculares, locus superior reliquis major. — Juxta *A. gracilem* (Eschw.) Müll. Arg. et *A. astropicam* Krphl. locanda est. — Corticola, Ferme-Modèle in Nova Caledonia: Balansa.

121. **Arthonia interstes** Müll. Arg.; thallus cum epidermide maculam albam formans; apothecia primum albido-velata, mox autem nuda et bene emergentia, nigra, $\frac{1}{4}-\frac{1}{3}$ mm longa, longitudine diametrum semel-ter aequantia, saepius simplicia et recta, utrinque obtusa, interdum brevissime et subconglobato-ramulosa; epithecium

fusco-nigricans; hypothecium fuscum; lamina flavo-fuscidula; asci obovoidei, 8-sporei; sporae hyalinae, 12—15 μ longae, 5—5½ μ latae, oblongo-obovoideae, 2-loculares. — Valde affinis est *A. dispersae* Nyl., at differt ab ea apotheciis magis nudis, distincte majoribus et ambitu latoribus quodamque modo habitu ad *A. complanatam* Fée accedente, sed longe minor. Inter *A. dispersam* Nyl. et validiorem *A. Banksiae* Müll. Arg. locanda est. — Corticola, Victoria: Rev. Wilson n. 939.

122. ***Arthonia subgrisea*** Müll. Arg.; thallus cinereo-albidus, mediocris, sublaevis, demum diffracto-inaequalis; apothecia irregulariter orbicularia, 1 mm lata et minora, solitaria et varie confluentia, convexula, nigra, sed undique leviter thallino-pulveracea et dein griseo-atra; sporae in ascis globoso-obovoideis 8-nae, hyalinae, circ. 50 μ longae et 17 μ latae, 10—12-loculares; loculi ultimi utrinque minores. — Proxima est *A. angulatae* Fée, a qua recedit lirellis minoribus, libenter seriatim paullo confluentibus, superficie subgriseis et sporis brevioribus, minus oblongatis et minus divisis. — Corticola, in Drimyde, Serra Geral in prov. Sta. Catharina: Ule n. 280.

123. ***Arthothelium Ernstianum*** Müll. Arg.; Phlyctis Ernstiana Müll. Arg. L. B. n. 218; apothecia spurie tantum thallino-(granuloso-) marginata sunt, orbicularia et oblonga, haec subrecta v. curvula; discus demum nudatus, ob ascum apicem roseum subprominentem nonnihil rosellus. Gonidia ut in Graphideis et paraphyses creberrime connexae at in Arthothelio et in Helminthocarpo. — Caracas: Dr. Ernst n. 50.

124. ***Melaspilea* (s. *Eumelaspilea*) *conglomerans*** Müll. Arg.; thallus alienus (Pertusariae); apothecia circ. ¼—⅔ mm longa, elliptica v. oblonga, simplicia, arcte conglomerata et solitaria, sessilia, nigra, prominenter sed tenuiter marginata; discus planus, madefactus nigro-fuscus et nudus; peritheciium laterale, basi undique deficiens; paraphyses validiusculae, leviter clavatae; sporae in ascis angustis subbiseriatim 8-nae, diu hyalinae, demum fuscae, 20 μ longae et 5 μ latae, utrinque rotundato-obtusae, 4-loculares. — Juxta *M. hypoleucam* Müll. Arg. Graph. Fécan. p. 21 intercalanda est, a qua praesertim thallo non proprio et apotheciis non discretis nec pruinosus distat. — In thallo Pertusariae parasitans, ad truncos Berberidis cujusdam in Serra Geral in prov. Sta. Catharina lecta: Ule n. 265.

125 ***Graphis* (s. *Aulacogramma*) *illota*** Müll. Arg.; thallus impure olivaceo-albidus, mediocris, paullo inaequalis, superficie caeterum laevigatus; lirellae 2—4½ mm longae, in sectione ¼ mm latae, parte subemergente angustiores, simplices et ramosae, subrectae et varie curvatae et subintricatae, innatae v. obsolete e thallo emergentes, apice tenuissime thallino-vestitae, secus rimam clausam v. demum

leviter hiantem nudae et atrae, longitrorsum leviter sulcatae; perithecium nigrum, basi valide completum; asci 2—4-spori; sporae 75—100 μ longae, 12—14 μ latae, fusiformes, circ. 18—20-loculares. — A proxima *G. angustata* Eschw. Bras. p. 73 recedit lirellis immersis et magis thallino-obtectis. — Corticola, Serra Geral in prov. Sta. Catharina: Ule n. 273.

126. **Graphis** (s. **Aulacogramma**) **virens** Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens v. virenti-cinereus, mediocris, subrugosus; lirellae 2—4 mm longae, simplices et ramosae, varie curvatae et subintricatae, primum immersae et lineam nigram simulantes, dein emergentes et valide thallino-corticatae et tum addito strato thallino $\frac{3}{4}$ mm latae, vertice anguste nudato-nigrae et longitrorsum striolatae; perithecium nigrum, basi completum; asci 2—4-spori; sporae 60—95 μ longae, 14—17 μ latae, fusiformes, circ. 17—19-loculares. — Est valde affinis *G. illinitae* Eschw., attamen ei habitu subdissimilis colore et superficie thalli, lirellis demum longe minus libero-emersis, secus lineam epitheciale magis apertis et magis nigris et strato thallino corticante demum non evanescente. Sporae utriusque conveniunt. *G. Balansana* Müll. Arg. dein recedit lirellis vertice tantum linea nigra angustissima nudatis. — Corticola ad truncos arborum, Serra Geral in prov. Sta. Catharina: Ule n. 275.

127. **Graphina** (s. **Aulacographina**) **myrtacea** Müll. Arg.; thallus glauco-albus v. nonnihil flavescenti-albus, tenuis, firmus, superficie leviter inaequalis, nitidulus; lirellae $1\frac{1}{2}$ —3 mm longae, $\frac{1}{3}$ mm latae, simplices v. hinc inde bi-(tri-)furcatae, subrectae et varie curvatae, immersae, thallo tumente marginatae, dein modice emergentes et superne nudato-nigrae, opacae, parce longitrorsum sulcatae; labia conniventia; perithecium nigrum, basi late deficiens, lateraliter infra medium expallens; asci monospori; sporae circ. 150 μ longae et 42 μ latae, copiosissime locellosae, locelli in quaque serie transversali circ. 8—12. — Juxta *G. robustam* et *G. insulanam* Müll. Arg. inserenda est, a quibus simul differt lirellis minus validis et sporis multo majoribus et eximi locellois. — Corticola ad truncos Myrtacearum, Serra Geral in prov. St. Catharina: Ule n. 278. pr. p.

128. **Graphina** (s. **Rhabdographina**) **heteroplaca** Müll. Arg.; thallus subflavescenti-albus, mediocris, sublaevis et rugulosus et verrucoso-et crebre et minute tuberculoso-asper; lirellae $\frac{1}{2}$ —2 mm longae, simplices et hinc inde bifurcatae, juniores innatae, fissurinaceo-rimales, dein semiemersae, strato thallino crasso laevi et rugoso aut asperulo obtectae, vertice demum hiantes et labia perithecii tum apice conspicua; pars nuda lirellarum linearis, subnigra, laevis aut leviter et obtuse longitrorsum sulcata, inter margines spurios thallinos paullo depressa; perithecium nigrum, basi late completum; sporae in ascis solitariae, elongato-ellipsoideae, circ. 130 μ longae et 30 μ

latae, utrinque late obtusae, crebre parenchymatosae. — Quasi medium tenet inter *G. Acharii* (Fée) Müll. Arg. et *G. pseudosopisticam* (Wain.) Müll. Arg. — Ad cortices arborum in Serra Geral, prov. St. Catharina: Ule n. 276.

129. **Minksiae** sect. **Cyrtographa**; hoc loco genus *Cyrtographa* Müll. Arg. Lich. Coster. II. p. 39; apothecia magis lirelliformia, sporae magnae, in ascis solitariae. — Reliqui characteres adeo cum iis *Minksiae* conveniunt ut *Cyrtographa* (loco citato errore etiam sub *Cyrtospora*) non amplius pro genere distincto haberi possit. Species nota dein sit ***Minksia irregularis*** Müll. Arg. — Costarica: Pitt. n. 6225.

130. ***Porina*** (s. ***Euporina***) ***Tijucana*** Müll. Arg.; thallus obscure glauco-olivaceus, tenuis, continuus, laevis et nitidulus, margine in zonam argenteo-sericeam abiens; apothecia 1—1½ mm lata, nanohemisphaerica, basi sensim in thallum abeuntia, thallino-corticata, imo apice anguste subnudato aurantiaco-subrubella ibique demum leviter truncata; perithecium sub cortice aurantiacum; sporae in ascis imbricatim subbiseriales, 8-nae, circ. 37 μ longae, 4—5 μ latae, fusiformes, 8-loculares. — Primo intuitu *P. Africanam* Müll. Arg. simulat, sed apothecia paullo graciliora et apice haud nigra, et dein a proxima *P. desquamescente* Fée recedit thalli zona cingente et apotheciis validioribus. — Corticola ad truncos arborum in sylvis montium Tijuca, pr. Rio de Janeiro: Ule n. 305.

131. ***Porina*** (s. ***Sagedia***) ***salicina*** Müll. Arg.; thallus cinereo-albus, tenuissimus, laevis et firmus, effusus; apothecia nigra, $\frac{25-35}{100}$ mm lata, juniora immersa et globosa, evoluta fere omnino superficialia et basi truncata, nuda et opaca, apice ostiolo demum latiuscule aperto praedita; perithecium dimidiatum, ad latera basin versus attenuatum, subtus deficiens; paraphyses capillares; asci valde angusti, obtusi, subuniseriatim 8-sporei; sporae obtuse fusiformes, aequaliter 2—4-loculares. — Juxta *P. albellam* et *P. Cascarillae* Müll. Arg. inserenda est. Sporae in ascis tantum 2-loculares longe frequentius quam 4-loculares adsunt. Ostiolum haud raro breviter rimiformidehiscens v. irregulariter in lobos 2—3 dehiscens — Ad corticem *Salicis nigrae* prope New Orleans: Dr. Eckfeldt n. 796.

132. ***Porina*** (s. ***Sagedia***) ***amygdalina*** Müll. Arg.; thallus hypophloeodes, cum epidermide maculam fulvescenti-pallidam formans; apothecia rufo-nigra v. nigra, $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ mm longa, leviter longiora quam lata et in cortice parallela sita, erumpentia et diu semitecta, demum fere emersa, subcompressa-hemisphaerica, superne demum nitidula, evoluta latiuscule umbilicata; perithecium dimidiatum, basi haud dilatatum, sub ostiolo ampullaceo-excavatum; paraphyses capillares, firmae; asci clavati, 8-sporei; sporae superiores 2-seriales, 13—15 μ

longae, 4—5 μ latae, fusiformes, 4-loculares. — Juxta *G. carpineam* Mass. locanda est, habitu autem ad *Arthopyreniam Cerasi* Mass. accedit, at sporae et paraphyses sunt *Porinae*. — *Campylacia Amygdali* Mass. Sched. p. 184 est omnino aliud. — Ad corticem *Amygdali*, Point à la Hache in Louisiana: Dr. Eckfeldt n. 797.

133. ***Porina* (s. *Rhaphidopyxis*) *rhaphidosperma*** Müll. Arg.; thallus cinereo-albidus, maculari-tenuis; apothecia circ. $\frac{3}{10}$ mm lata, subglobosa, basi truncata, fere omnino emersa, nigra et opaca; perithecium basi deficiens; paraphyses subconglutinatae; asci valde tenelli, fusiformes, basi apiceque attenuati, 8-spori; sporae circ. 60—70 μ longae, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ μ tantum latae, tenuissime aciculares, multiseptatae. — Juxta neocaledonicam *P. rhaphidophoram* (Nyl.) Müll. Arg. locanda est. — Ad corticem siccum *Abietis* in America Confoederata leg. Cl. Willey, qui pro varietate „*Sagediae Cestrensis* Tuck.“ communicavit.

134. ***Pyrenula* (s. *Eupyrenula*) *diffracta*** Müll. Arg.; thallus argillaceo-albus, mediocris, laevis, demum gibberoso-inaequalis et subareolato-diffractus, superficie laevigatus; apothecia innata, demum leviter hemisphaerico-emergentia, apice nudato nigra; perithecium in sectione $\frac{1}{3}$ mm latum, globosum v. basi paullo intrusum, undique nigrum et sat tenue; sporae in ascis imbricatim 8-nae, 18—20 μ longae et 9 μ latae, oblongo-ellipsoideae, utrinque late obtusae, 4-loculares. — Huic novae proxima est *P. Cocoës* Müll. Arg. L. Exot. n. 99, cujus thallus tenuissimus et continuus et sporae breviores. — Ad corticem *Araucariae* in Serra Geral prov. Sta. Catharinae: Ule n. 267. pr. p.

135. ***Trypethelium megalophthalmum*** Müll. Arg.; thallus fulvus, cartilagineus, laevigatus et undulato-plicatulus v. plus minusve valide globoso-rugosus; stromata alba, vix prominula, demum subreticulatim fissa, macrocarpica; perithecia nigra, triente emersa, infra inter se libera, parte emergente circ. $\frac{1}{2}$ mm lata, saepe secundum longitudinem subtrati paullo oblongata, in stromatibus oblongatis longitrorsis parum numerosa, apice late umbilicato-ostiolata; perithecium completum; paraphyses tenellae et connexae; sporae in ascis biseriatim 8-nae, hyalinae, 85—120 μ longae et 20—32 μ latae, late fusiformes, e biloculari dein 4—6-loculares. — Sporae visae evidenter nondum bene evolutae et loculi demum forte magis numerosi, species caeterum insignis est macrocarpa, macrostoma et macrospora. — Corticola ad truncos *Myrtacearum*, Serra Geral. in prov. Sta. Catharina: Ule n. 291 (cum spermogoniis, alienis ut videtur, mixta).

136. ***Trypethelium discolor*** Müll. Arg.; thallus glaucus, laevigatus et nitidulus; stromata ochracea, circ. $1\frac{1}{2}$ mm lata, sessili-hemisphaerica, basi bene circumscripta, subregularia, solitaria et in series confluentia, intus nigra; perithecia in quoque stromate subnumerosa, nigra, sub strato ochraceo connata, longicolla; sporae

biseriatim 8-nae, circ. 28 μ longae et 13 μ latae, 4-loculares. — Species bene distincta, primo intuitu omnino *T. Eluteriae* v. *citrinum* Müll. Arg. simulat, sed sporae sunt absolute aliae. Stromata cum thallo bene discolora (thallus tamen hinc inde circa stromata fulvescit), emersa ut in comparata specie. — Corticola ad ramos, Serra do Ouro Preto in prov. Minas Geraes: Ule n. 298, et in silvaticis prov. Goyaz: Ule n. 299 (haec sine sporis evolutis).

137. **Pleurothelium** Müll. Arg. L. B. n. 59 (non *Pyrenoc. Cub.* p. 387) idem est ac **Parathelium** Nyl. pr. p. (quoad *P. indutum* Nyl.), et *Pleurothelium Ernstianum* Müll. Arg. L. B. n. 61 ergo similiter ad genus *Nylanderii* simplicatum referendum est. Sit **Parathelium Ernstianum** Müll. Arg. — Alteram partem generis *Nylanderii* refert **Pleurotrema** Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 388. Sporae praecedentis ut in *Pyrenula*, ulterioris ut in *Porina* sunt.

138. Corrigenda graviora et addenda.

A. In **Flora ratisbonnensi** 1872:

p. 539, n. 55, lin. 6 pro 12—43 lege 12—13.

B. **Lichenologische Beiträge:**

n. 125 pro *C. subfulgens* lege *C. subfulgescens*,

n. 163 lin. 10 post μ adde: longae, 10—13 μ ,

n. 286 synonymon *Féeaanum* falsum delendum est,

n. 447 lin. 12, pro *leucographam* lege *leucoparypham*,

n. 470 ad *Graphinam Boschianam* pro *U. Junghuhniana* lege *U. Junghuhnii*,

n. 502 sporis adde: laeves,

n. 560 pro *P. polydact.* v. *melanolomam* lege v. *melanocomam*,

n. 658 pro *Porina microsperma* lege *P. leptosperma*,

n. 780 lin. 11 post *intus* adde: non,

n. 818 ad *Pyxinem Cocoës* lege var. *isidiophora*,

n. 904 ad lin. 3 pro *nitidulam* lege *nitidam*.

n. 940 ad lin. 7 pro *granuligerum* lege *granuliferum*,

n. 1019 ad lin. 1 pro *tribacina* lege *tribacia*,

n. 1084 ad lin. 17 pro *compacto* lege *compuncto*,

n. 1090 ad lin. 13, dele: et a subsimili et adde locum nat.: Prope

Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 47, 48, pr. p.,

n. 1206 in lin. 10 pro: 12-loculares lege 2-loculares,

n. 1422 ad lin. 11, dele: 2-loculares,

n. 1432 adde: Ad terram, prope Apiahy: Puiggari n. 521,

n. 1597 ad lin. 6 et 7, pro *patiniformem* lege: *patiniferam*.

C. **Lichenes Exotici:**

n. 42 ad lin. 11 pro *basidiali* lege *bacidiali* et pro *rhaphidophora* lege *rhaphidiophora*,

n. 80 ad lin. 10 pro *granulari* lege *granulosa*,

n. 85 ad lin. 9 pro *virente* lege *virescente*.

D. Lichenes Manipurenses:

- n. 4 pro reticulata lege articulata,
n. 33 ad lin. 4 pro fecit lege fuit.

E. Lichenes Exot. Hb. Vindobonensis:

- n. 31 pro pulverulenta lege pulverata.

F. Lichenes Brisbaneenses:

- n. 28 pro aurea lege aurata,
n. 99 adde: sporae 4-loculares,
n. 137 pro maculiformis lege miculiformis.

G. Lichenes Wilsoniani:

- n. 19 ad lin. 10 adde: *Lecidea massata* Tuck. Calif. n. 25,
n. 134 ad lin. 6 pro rimosicolum lege rimulicolum,
n. 181 pro velato lege obvelato.

H. Conspectus Lich. Nov. Zelandiae:

- p. 2 ad 5 pro 1835 lege 1855,
n. 181 post *Parmeliam revolutam* adde Flk. D. Lich. 15,
n. 199 ad lin. 5 post (Ach.) adde Th. M. Fries Scand. p. 146,
n. 374 pro nigratula lege nigratula,
n. 691 ad lin. 3 pro pustulata lege pustulosa.
p. 81 ad Sect. 1. *Aulacographinam* lege basi incompletum.

J. Observationes in Lich. argentinenses:

- n. 27 pro taractina lege taractica.

K. Lichenes Sebastianopolitani:

- p. 363 ad *Urceolariam scruposam*, pro caesio-pruinosa lege cinereo-pruinosa.

L. Lichenes Spegazziniani:

- n. 51 pro diplomorphum lege dimorphum,
n. 94 adde locum natalem: Basket Island.

M. Lichenes Costaricensis in Primit. Flor. Costaricensis:

- Fasc. I. n. 99 et 104 pro *Lecidea* in nominibus admissis lege *Patellaria*,
Fasc. II. n. 16 pro Fuck. lege Tuck., et similiter n. 33,
n. 34 pro sorediifera lege sorediosa,
n. 99 pro *Lecidella* leg. *Biatora*.
n. 149 ad lin. 4 pro conglomerata lege conglomerans.
n. 205 in lin. 10 pro *Cyrtospora* lege *Cyrtographa*,

N. Lichenes Exped. der Gazelle:

- p. 55 ad *Stictinam marginiferam* pro corallina lege coralloides.

O. Revisio Lich. Féeanorum:

- n. 6 ad lin. 4 pro leucoplacoide lege leioplacoide,
n. 27 pro subaeruginascens lege subaeruginosa.

P. Lichenes Miyoshiani:

- n. 94 pro puncticulata lege punctulata,
n. 102 pro vulgaris lege vulgata.

Q. Graphideae Féeanae:

- p. 21 in lin. 4 pro completum lege incompletum,
p. 31 in lin. 8 pro virenti lege virescenti,
p. 45 n. 21 in nomine admissio, pro *Platygraphina* lege *Platygraphopsis*.

R. Lichenes Palaestinenses:

- n. 20 lin. 9 pro *melaspiloide* lege *melaspileoide*.

S. Lichenes Knightiani:

- n. 52 lin. 6 pro *Frev.* lege *Trev.*

T. Lichenes Epiphylli Spruceani:

- n. 33 lin. 9 de *supra* pro *ex* lege *ea*.

U. Lichenes Eckfeldtiani:

- n. 34 Obs. lin. 3 pro *albosporella* lege *allosporella*.

V. Pyrenocarpeae Cubenses:

- p. 376 n. 16 pro *Boltaria* lege *Bottaria*,
p. 396 n. 1 lin. 3 dele *Trypethelium nudum* Fée. — Hoc est
idem ac *Melanotheca aggregata* (Fée) Müll. Arg.
p. 408 lin. 1 pro *Homalothecium* lege *Holothecium*.

W. Lichenes Neo-Caledonici:

- n. 115 ad lin. 13 pro *subnectenta* lege *subnectenda*.

X. Lichenes Catharinenses:

- n. 65 pro *rutilans* lege *rutilus*.

Y. Lichenes Epiphylli:

- p. 21 ad lin. 6 pro 63 lege 653.

Z. Lichenes Usambarenses:

- p. 260 lin. 4 pro *isidiophora* lege *isidiosa* (*Physica speciosa*
f. *isidiosa* Müll. Arg. L. B. n. 1328).
-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1895

Band/Volume: [34_1895](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenes exotici. 27-38](#)